



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 40. Sessio decima. Joannes contumax ac suspensus declaratur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

**Sæcul. XV.** stium depositiones in cauſſa Joannis Pa-  
A.C. 1415. pæ audirent, hunc in finem congressi  
ſunt. Ex tredecim testibus, quos Cur-  
for Apostolicus hora ſecunda poſt meri-  
diem in Conventu FF. Minorum adeffe  
juſſit, nonniſi decem comparuere, quos  
inter Epifcopi, Abbates, Prioress, & Do-  
ctores numerabantur. Præſtitio testium  
juramento Commissarii eorum depositio-  
nes ad Concilium referre festinabant.

## §. XL.

*Seffio decima. Joannes contumax ac  
ſuspensus declaratus.*

**S**olemnibus de more peractis Seffio de-  
cima celebrata eſt die decima quarta  
Maji. Sacris operatus eſt Epifcopus  
S. Floriaci, Præſidis vero vices egit Vi-  
variensis Cardinalis. Ad iteratas Pro-  
motorum preces Joannem, ejusque ſe-  
quaces tanquam contumaces declarare  
Synodus decrevit, eoquod poſt citatio-  
nem, & trinam vocationem comparere  
detrectaverint. Commissarii hoc decre-  
tum e vestigio exequuntur, queis duo  
adhuc Cardinales, nimirum S. Mariæ in  
Cosmedin, & Florentinus adjunguntur.  
Dein testium depositiones ad Synodum  
referunt, proponente Cardinale S. Marci,  
declarantque, quod ex apertissimis te-  
ſtimoniis fatis probatum haberent, Joan-  
nem

nem fuisse bonorum Ecclesiæ dilapidato- Sæcul. XV.  
rem, simoniacum, scandalosum, fideique A.C. 1415.  
perturbatorem, hinc ut talem ab admi-  
nistratiōne Ecclesiæ tam quoad spiritua-  
lia, quam temporalia suspensum, esse  
pronunciandum. Synodus requirenti-  
bus Promotore, & Nationum Deputatis,  
Joannem administratione bonorum Ec-  
clesiæ exutum declaravit, prohibuitque,  
ne ei deinceps obedientia præstetur, si-  
bique reservatam voluit ad plenam ejus  
exauctorationem procedendi facultatem.  
Hæc suspensionis sententia a Patriarcha  
Antiocheno lecta ab omnibus Concilij  
Patribus approbata fuit. Illius tenorem  
impræsentiarum exhibemus.

## §. XLI.

*Sententia suspensionis adversus  
Joannem XXIII.*

In Nomine S. & individuæ Trinitatis, Pa-  
tris, & Filii, & Spiritus Sancti. Quia  
nobis legitime constat, Joannem XXIII.  
Papam à tempore, quo fuit assumpsus ad  
Papatum usque nunc Papatum ipsum &  
politiam Ecclesiæ in scandalum notorium  
male administrasse, vitaque sua damnabili,  
ejusque nefandis moribus, populis exem-  
plum vitæ malæ præbuisse, & insuper Ec-  
clesias cathedrales, Monasteria, Prioratus  
conventuales, & cætera beneficia Ecclesia-

D 4                    flica